Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 3. Vindili.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

Visual Library

§. 3. *Vindili.*

VII Nationes Sueuicæ Hertham Matrẽ colentes, & inter ſe cõiunctæ, vnúmque corpus conflantes Fluuiis, ac

ANGLI *partie de Vagrie, & du Mekelbourg.*	quos Angilos Procopius appellat: infra Saxones collocabantur olim, poſtea tamen mutauere ſedes, & reſedere in eâ parte Cymbricæ Cherſoneſi, quæ hactenus nomen ſeruat *Angelen* inter *Sleuik*, & *Flensbourg*, reliqua ex Britanniâ repetes, vbi de iis egimus accuratiùs.	Marionis: *Hambourg*, Cluuerio, *Lunebourg*, Apian. Marionis altera: *Veimar en Mekelbourg*. Treua: *Lubek*, vt intelligitur ex fluuio cui aſſidet. Laciburgium, ſeu Lauiburgiũ, quibuſdam Cænoënum dictum *Lauenbourg*: malè *Roſtoch*.
VARINI *partie du Mekelbourg.*	aliter Verini, & poſtea Vari, & Varni: nomen eorum remanet in Fl. *Varne*, qui Roſtochiũ alluit, & oppido.	Varinũ Varinorũ, *Varin*, ad lacũ Munionem.
CAVIONES *partie du Lauembourg, & Danneberg.*	aliter Auiones dicti. Fit mentio Cauionum in Panegyr. Mamertini, vbi cum Herulis, & Francis connectuntur: ſed paulò pòſt ab eodem auctore iidem dicuntur Caïbones.	
DEVRINGI *Comté de Prignis en Brandebourg.*	Item dicti & Reudingi, & Redigni poſtea Thoringi, ſeu Turingi, & Theuringi, quorum leges extant, Barbari Thoringi nominantur à Ptolemæo.	
EVDOSES, *partie du Duché de Bars en*	In quorum Ditione Inſula communis ſeptem nationibus, apud quas Terra Mater	Bunitium: *Stralſunt.* Inſula Oceani vbi Hertha colebatur in ſacro nemore. Ei dicatum erat vehiculum cõtectum veſte: Illud attingere ſoli Sacerdoti

Sylvis tectæ. — *Pomeraniæ.* — ſub nomine Herthæ colebatur. — doti cōceſſum; hic agnoſcit adeſſe Deam: tum Feſti Dies & ſacrum, cuius miniſtri eodem lacu hauriūtur quo ablutus eſt Deæ currus.

HVITHONES *partie de Mekelbourg.* — De quibus nihil peculiare aiunt veteres.

VARDONES *parties du Duché de Bart, & Stetin.* — Malè à Ptolemæo Pharodini, pro Sphardini.

RVGII *parties du Duché de Stetin, & Vandalie.* — quorum nomen adhuc viget in oppidis *Rugeuolde*, ad Fluuios Rægium, & Viperam. Ruticlij dicuntur à Ptolemæo, à Procopio Rogi, à Iornande Vlmerugi quaſi nobiles Rugi, quos tamen locat in Scandiâ. — Rugium: *Rugeuuold*, aut ad Fl. Rægium, aut ad Viperam: nam duplex *Rugeuuold.*

HERVLI, *la Caſſubie.* — Qui LEMOVII ab vno Tacito nuncupantur: Eos Cluuerius ſuſpicatur eſſe Zumos Strabonis. Poſtea tamen conſtantiſſimè Heruli dicuntur, homines velociſſimi. Iornandes vult primò vocatos Heluros à voce Græcâ Hele, quòd in paludibus viuerent: hoc etiam nomen Hele perdurat in oppido *Hele* in peninſula ante oſtium Viſtulæ Occidentale; hos tamen Iornandes cum Gutis, in Scandiâ locat. Mamertinus in Panegyrico Herulos primos barbarorum, vltimos loco, dixit.

CARINI, *partie de la Vandalie, & grande Pologne.* — Horum meminere Plinius, & Ptolemæus; poſtea nulla mentio; fortè quia expeditione ſuſceptâ cum vicinâ gente (puta Herulorum) in eius nomen tranſiere.

GYTONES *partie de la Pruſe Roya-* — aliter Gothones, & Guttones, & Gotthi, ſeu Gothi; malè tamen cum Gutis Scandiæ confunduntur. Apud eos colligi Succinum tradit Pytheas. Vtrum hi Gothi, doctiſſimè refutatum leges apud — Gytonium, poſtea Gedanum, à Getis, & Danis, vt vult Goropius, itémque Codanium à ſinu: *Dantzik.*

le en Pologne.	Cluuerium lib. 3. Germ. cap. 34. Item vtrum venerint ex Scandiâ vt vult Iornandes; an conſanguinei eorum Gepidæ, quid ſit Regio *Ouim* ad quam peruaſiſſe dicuntur, quam ſuſpicatur ad Fluuium Obium extenſam eſſe.	Eridanus hodie latinè Redanus, vulgò *Raddaune*, aut *Radune*, malè à veteribus cum Italico confuſus.
SIDINI, *parties de la nouuelle Marche, & grande Pologne.*	Apud Strabonem lib. 7. Marobodui Regi ſubiecti fuerunt; eorum nomen Ptolemæi Codices Latini deprauant.	Viritium: *Piritz.*
LANGOBARDI *parties de la nouuelle Marche de Brandebourg, & de la vieille.*	aliter Longobardi, olim minuta Gens ſed fortiſſima, & validiſſimis licèt cincta nationibus, non obſequio, ſed prælijs tuta, *Tacitus*. Gens Germanâ ferocitate ferocior dicitur apud Paterculum. Ita dictos vult Paulus Diaconus in eorum Hiſtoriâ ab intactâ ferro barbâ; nam apud eos *Lang* Longam, *Bard* Barbam ſonat. Malè quidam ex Scandiâ eos accerſunt, vt & Lacoſargi dicuntur apud Strabonem.	Budorigum: *Brãdebourg;* alij volũt eſſe *Breſlau*, in Sileſiâ, malè.
BVRGVNDIONES ſeu Burgũdi & Burguziones, *partie de la grande Pologne.*	Gens olim humilis, quare de eâ Tacitus ſilet. Suſpicãtur aliqui eos eſſe Mugilonas Strabonis, Regno Marobodui accenſitos; apud Ammianum, ſe oriundos ex Romanis iactabant. Profecti è ſuis ſedibus agros Chattorum occupauere, & Alemannis fuere contermini, vbi Regio Pallas, vel Capellatium, atque terminales lapides, vtriuſque populi agros diſtinguentes. Alemannis autem in Rhætiam tranſgreſſis, eorum ſedes occupauere Burgundi, vnde demum in Galliam tranſmiſere.	Limioſaleum, *Gneſna en Pologne* Petro Apiano.

SEMNONES

la Luſace, & quelque peu de Sileſie.

Qui vetuſtiſſimos Sueuorum ſe memorant : centum pagis habitabant, magnóque corpore efficiebatur, vt ſe caput Sueuorum putarent. Syluam habebant Religione celebrem, ad quam ſtato tempore conueniebant, in eam nemo ingrediebatur niſi obligatus vinculo vt profiterentur in ſe numinis auctoritatem : ſi quis caderet non audebat ſurgere, ſed humi voluebatur: hæc omnia *Tacitus*.

Lugidunum: *Glogau*, Mercatori.

Buniſium: *Schuuibuſin*, in Ducatu Glogouiẽſi. A quibuſdam malè confunditur cum Bunitio de quo in Eudoſibus.

Setidaua: *Stẽſonu*, alij putãt eſſe *Vuladislau* Poloniæ.

CAVCHI

la Friſe Orientale, Comté d'Oldembourg, Comté d'Hoye, & partie de l'Archeueſché de Breme.

aliter Cauci, & Chaueſi, poëtis Cayci; diuidebantur in Maiores, & Minores. Miſerandum eorum ſtatum deſcribit Plinius lib. 16. cap. 1. vbi depingit eorum caſas inter maris æſtus, eóſque quaſi perpetuum naufragium patientes. Sæpe cum iis decertauere Romani, dubiâ victoriâ aliquando: quare Tacitus eos inter Germanos populum nobiliſſimum vocat. Hîc quoque ANSIBARII, nam eorum agros Cauchi occupaſſe perhibentur.

Fabiramum, ſeu Phabiramum, & Biranum: *Bremen.*

Amaſia, & Amiſia : *Emdem*, malè *Marpurg.*

Statio : *Stade*, Romanarum nauium portus, & receptaculum.

SAXONES, vni Tacito **FOSSI**;

l'Holſace.

Vixere olim inter Anglos, & Cymbros Cheruſcorum amici, & ſocij : poſtea ſuos terminos dilatauere, maximè tẽporibus Francorum, adeóq; ad Rhenum proceſſi ſunt, Romaniſque terribiles extiterũt modò Gallicam oram, modò Britannicam exſcenſione factâ depopulantes : vnde natæ voces *Saxonici littoris*, cuius cura demandabatur viris clariſſimis, vt Saxones adnauigantes prohiberent. Quomodo autem poſtmodum cum Iutis & Anglis in Britanniam tranſmiſerint aliàs diximus. Quantùm item extenſi fuerint ſub Carolo Magno, & quid negotij huic exhibuerint Francici loquuntur Annales.

CYMBRI *la Iutlande.*	Degunt in reliquâ peninſulâ quæ ab iis Cymbrica dicta eſt, apud Plinium lib. 4. cap. 13 CARTRIS. Cymbrorum ciuitatem paruam fuiſſe ſuo tempore Tacitus ait, ſed gloriam ingentem, ob maiores ſuos quos Marius obtriuit. De eorum origine multa proſtant fabuloſa apud Plutarchum in Mario. Iis adiungendi ſunt multi populi apud Ptolemæum in hac Cherſonneſo diſpoſiti, ſed quia eorum nulla in Hiſtoriis mentio lubenter prætermittimus. Cymbros exiſtimo poſterioribus temporibus dictos eſſe IVTAS, quorum nomen remanſit in IVTIA Daniæ, cùm ipſi in Britanniam traiecíſſent.
TEVTONES, *les Isles de Dannemark.* SVIONES, *la Suede.* SITONES, *la Noruegue.*	De quibus capite ſequenti dicemus in Scandiâ, ſicut & de parte hâc Septentrionali, quam pertinuiſſe ad Germaniam antiquam multis probat eruditè ſuo more Philippus Cluuerius.

CAPVT III.

De Scandia & Inſulis adiacentibus.

§. I. *Nomina.*

IN hoc vaſtiſſimo terrarum tractu veteres numerauere tres partes, Scandiam, Finingiam & Codani ſinus minores Inſulas.

SCANDIA dicta eſt aliter Scandinauia, itémque *Baltia* apud Plinium ex Timæo, & Xenophonte Lampſaceno, ex Pythiâ autem *Baſilia*. Videtur quoque *Nerigon*, apud Plinium nominari, & vt quidam arbitrantur *Bannomana*.

FENINGIA, ſeu *Finningia*, ab imperitis *Einingiam* vocari, ait Ioannes Magnus, ſed tamen dicitur apud Plinium *Eningia*.

CODANVS SINVS, ita dictus videtur ab Inſulâ Codanoniâ de quâ poſtmodum, quia ſatius eſt mare à terris, quam terras à mari denominari, cùm illæ ſint proprius denominantium locus. Apud Plinium, Melam, & Tacitum dicitur *Mare Sueuicum*, & *Germaniæ ſinus*. Ptolemæo eſt *Sinus Venedicus* (quem Ioan. Magnus ſic dictum putat à Vennis, ſeu Vandalis, alij à Venedis antiquis Sarmatiæ populis) in quo agnoſcit & *Sinum Clylipenum*, qui hodie